AUGUSTINUS. HIERONYMUS
Saint-Amand (?) und Salzburg, St. Peter, 1. Hälfte 9. Jh. Seite 220
Quelle: https://manuscripta.at/?ID=38301
Copyright: Salzburg, Erzabtei St. Peter, Benediktinerstift, Bibliothek



de multitudine coepiscoporum suorum · inter aliquorū absentium
nomina & iam mortui nomen insererent · Et cum quererentur ubi
esset · subita perturbatione caecati · ipsi eum confiterentur in itinere
defecisse · Et cum intergo garentur quomodo potuerit apud Casthaginem
subscribere in itinere · iam deferat · Uehementius perturbati ·
Alio mendacio se obligauerunt · respondentes eum a Casthagine rede
untem fuisse defunctum · de quo mendacio exire omni no minime
potuerunt · Ecce quibus creditis · uel de antiqua traditione · uel
de cognitoris corruptione · qui mandatū suum ubi nobis obiecerunt
crimen traditionis · Non potuerunt conscribere sine crimine
falsitatis · proinde quae maxime necessaria credimus · his litteris
tamquam breuiario collecta inseruimus · ne forte ad magna gestorū
uolumina uel peruenire non facile possitis · uel ea legere laboriosum
putetis · Casthaginem uenimus & nos & epi uri · & quod prius
nolebant & indignum esse dicebant · in unum conuenimus ·
Electi sunt ex nobis · & ex ipsis septem hinc · & septem inde · qui pro causa
omnium loquerentur · Electi sunt alii septem hinc · & septem inde ·
cum quibus ubi opus erat consilium pertractarent · Electi sunt quattuor
hinc & quattuor inde · qui gestis conscribendis custodes essent · Nein
falsatum aliquid ab aliquo diceretur · Dati sunt & iam a nobis
& ab ipsis notarii quattuor hinc & quattuor inde · ut bini cum excep
toribus iudicis alternarent · Ne aliquis nrm sedixisse aliquid causa
retur · quod non fuisset exceptum · Huic tantae diligentiae & iam
illud est additum · ut & nos & ipsi quemadmodum ipse iudex uerbis
nris subscriberemus · ne quisquā diceret in illis gestis aliquid uel
postea fuisse corruptum · Cum enim adhuc uiuentib: eis qui sub
scripserūt · Innotuerint eadem gesta omnib: locis in quib: oportet
ut innotescant · sic & iam ad posteros confirmata ueritas perdura
uit · Nolite ergo · ee · ingratitantae misericordiae quae per istam
diligentiam uobis ministrata est · Nulla excusatio iam remansit ·